Capitaneus Premisliensis Generosi Georgius Sławkowski ab una et Adamus Slaski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedentes praesentis Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt. Quibus Albertus Sławkowski ... interesse recognoscit ... Matheo et mutuum una pars alteri ac contentis utriusque partis se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentem Intercisam certam interesse Recognoscentis contractus certamine contractum in eandem contentarum de Actis et data eiusdem hic Premisliae die hodierna confectam. Mutuis Recognoscentes subscriptis in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus quibusvis universis firmiter tenere complere et exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam Intercisam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio Sexcentorum Sexaginta florenorum pecuniae polonicalis per partem Parti cum successoribus utriusque parti ob non complectionem contentorum Intercisae praedictae tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbente ac pro re aliqua ex contentis Intercisae praedictae non completa compescenda citata citanda Pars praemissa non tenendo sive eius Successores ad instantiam Partis alterius praemisse tenentis sive eius successores ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense citare necessitas ... quoad respondendum spectat mediantibus ... in primo citationis termino singulariter peremptorie stare Juri parere respondere et ... satisfacere ... ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur ... ac suos successores ad eadem omnia obligant eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes cavent ... Terminis omnibus peremptoriis seu infirmitate ... nimirum ... intra relatione Regni servitio militari ad Munimenta ad ... vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non efferendis ... ultra ... Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque nec appellationes ac ... consequentes faciendo ac praemissa ... simplicibus ... triplicando ... suspensione ... Juris ... bello ... quibusvis Juris remediis ... non subterfugiendo hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Szeptyczki Szeptyckiei cessio

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Nicolaus Szeptycki Generosi Simeonis Szeptycki Jacobi filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Jurisdictionibus praesentibus suis propriis et competentibus recedendo praesentis Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi

quoad

quoad Actum praesentem attinet se cum Successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de totali et integra summa Sexaginta florenorum pecuniae polonicalis proveniente ex summa Centum Viginti florenorum pecuniae polonicalis per Honestos Albertum Olszynka et Hedvigim Jeździankowna Coniuges et Cives Samborienses praefato Simeoni Szeptycki Parenti suo Recognoscentis et Annae de Manasterzec Secundi nupti eiusdem Parentis sui Consorti Coniugibus legitimis coram Actis Scabinalibus Samboriensibus modo debito inscripta et super domo sua propria assecurata. Post decessum vero praefati Parentis sui recognoscentis in se recognoscentem Jure divino et naturali successione devoluta sibique cessa ... de Inscriptione praefata super eandem summam servientis de praemissis suo in tenore latiore quoad minimam summam Sexaginta florenorum polonicalium spectat. Cum omni praemissionem Jure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis Summae praefatae emolumentis et commodis quibusvis Inscriptionis quoque praedictae ad eandem summam se referentis punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus quibusvis. Nihil ex praemissis Juris proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae sibi successoribusque aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum pure praemissa omnia et singula prout ipse met Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsique concernebant ac eidem serviebant tam ex nunc et de facto praedictae Generosae Annae Szeptycka Novercae suae eiusque Posteris percepta per praemissis omnibus reali et sufficienti satisfactione cessit et condescendit prout per praesentes cedit et condescendit omne et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in personam ipsius et eius successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout per praesentes transfert transfundit et incorporat perpetuo et in aeternum. Per ipsam Generosam Szeptycka eiusque Successores hoc idem Jus cessum praemissorum cum suis utilitatibus et emolumentis tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete uti fruendi cum plenaria facultate ... praedictam praesentem ... tollendi levandi percipiendi de levata et percepta quietandi et eadem non soluta Jure agendi praemissaque omnia et singula tanquam sua propria in usus suos et suorum successorum quorumvis beneplacitos usus libere et effectualiter convertendi praesenti sua personali recognitione ad praemissa mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Quarta ipso die cinerum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Octavo.

Kornia[k] Zgorskiemu Debet.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Alexander in Kornik ... sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Alberto Zgorski et eius Posteris Summam Quinque Millium

et Seniorum